Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui fodit m altum · et posuit fundamentum supra petram · Inun
dacione autem facta · illisum est flumen domui illi et non potuit
eam mouere · Fundata enim erat supra petram · S lucam
Illo t · Ingressus iesus per ambulabat iericho · Et ecce vir
nomine zacheus · et hic erat princeps publicanorum · et ipse di
ues · Et querebat videre iesum quis esset · et non poterat
preturba · quia statura pusillus erat · Et precurrens · ascendit
in arborem sicomorum · ut videret illum · quia inde erat
transiturus · Et cum venisset ad locum · suspiciens iesus vi
dit illum · et dixit ad eum · Zachee festinans descende · qa
hodie in domo tua oportet me manere · Et festinans descen
dit · et excepit illum gaudens · Et cum viderent omnes
murmurabant dicentes · quod ad hominem peccatorem di
uertisset · Stans autem zacheus · dixit ad iesum · Ecce di
midium bonorum meorum domine do pauperibus · et si qd
aliquem defraudaui · reddo quadruplum · Ait iesus ad eum ·
Quia hodie salus huic domui facta est · eo quod et ipse
filius sit abrahe · Venit enim filius hominis querere · et
saluum facere · quod perierat · I · I · Machabeorum · p defunctis ·
In diebus illis · Vir fortissimus iudas collacione facta · duode
cim milia dragmas argenti misit ierosolimam offerre ea
ibi pro peccatis mortuorum · iuste et religiose de resurrectione
cogitans · Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret ·
superfluum videretur et vanum orare pro mortuis · Sed quia con
siderabat quod hi qui cum pietate dormicionem acceperant · op
timam haberent repositam gratiam · Sancta ergo et salubris
cogitacio pro defunctis exorare · ut a peccatis soluerentur ·
Ad thessalon · Fratres · Nolumus vos ignorare
de dormientibus · ut non contristemini · sicut et ceteri qui
spem non habent · Si enim credimus quod iesus mortuus est
et resurrexit · ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet